Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26550
Copyright: Admont, Benediktinerstift

manifestas cogitationes persecutiones subtrahere conatur. Draco fuit cum dum occulte temptauit. Leo erupit cum manifesta persecutione inuasit. Sed dominus leonem et draconem conculcauit. cum et temptationem humiliter et persecutionem patienter tolerauit. Vnde de temptatione eius cantatur. draconem conculcabis. hodie autem de passione. libera me de ore leonis.

Valde autem dominus kirum operatur sit salutem in medio terre. uolo dilectionem uestre beatitudinem inferre. Jerusalem namque in medio terre sita est. in qua dominus pro salute mundi crucifixus est. Hic cum dives esset. et propter nos egenus et pauper fieret. ut nos paupertatis e minentie diuitiarum suarum efficeret. Martha et maria frequenter eum in hospitio receperunt. ac de rebus suis ei necessaria impenderunt. harum fratrem dum infirmatum miserunt ad ihm ut ei amica sua egritudo nunciaret. Qui ad veniens inuenit eum defunctum et iam quatriduo. debitis sepultum. Frequens autem turba iudeorum ad martham et mariam conuenerat. et eas de fratris morte consolari studebat. Dominus g